

DE SUCCINO

quam dum externa ista pulchritudine nobis blanditur, pestilens quoddam in corde virus alunt, quo multorum teneras conscientias legum laqueis, ceu telis aranearum, implicatas, enecant, nulla salutari medicina tempestiuè adhibita.

Candidum per omnia conferri potest verè pijs & veris Ecclesiæ membris, que in fidei constantia & confessione nunquam à pura doctrina redūt. horum numerus est perexiguus.

3ne: candidum, non secus atq; candidum succinum, inuentu est rarissimum: quod etsi „ prima facie fordidum ac vile videtur, „ sicut & apud Romanos olim in nullo „ fuit precio, tamen admirandæ virtutis „ testes insunt. Pestem & omnia venenorum genera arcet. Aiunt stridere candidum, quando venenum ei superfunditur. Cordi perutile est a tremori ipsius insigniter medetur. propterea miscuerūt id veteres electuarii è gemmis. Confert calculosis & dysuria laboran-